



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Toletana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

## TOLETANA.

vt primum cepit,  
ita plures capiet.

MISERATOR DEVS MISERERE.

IBIDEM.

PIAE MEMORIAE SACR.

FRANCISCAE FLORIDAE:

mulieri incomp.

matrimonio iunctae IOANNI DANIELI,

quicum annos I P. l. vixit,

quaque ætatis suæ XIX. deuixit

à Natali Christi CIO. IO. CV.

XIII. Octobris,

Primaque sui sexus hoc monumento conditur:

IOANNES FLORIDVS Brugensis

Pater filiae cariss. H. M. P. C.

Viator adfata comprecans benigniter,

mortisque viuito memor.

TOLETANA.

D. O. M.

ALVARVS COMESIVS CASTER fui:

Dixeram de mea vita satis,

sed adfata paululum.

Nemini vnquam sciens nocui:

Prodesse quamplurimis curavi.

Viris placui bonis; quos

potui fallere.

Verum quod nondum nosti;

de me iam fecit iudicium

iustus Iudex,

postea de omnibus palam facturus.

Tu 114

TOLETANA.

319

Tu interim me postula  
reatibus exolui.

Vale.

Obijt xv. Kal. Octob. M. D. LXX. an. agens LXVI.

IBIDEM.

BERNARDINO SANDOVALI Toletano, Ec-  
clesiæ eius vrbis Scholastico & Canonico, atque  
Academix ibidem, à maioribus suis erectę ornata-  
que Cancellario, Nobilitate, moribus, literis, &  
pietate erga pauperes singulari, GEORGIVS  
PONSECA fratri opt. & B. M. Pos. Obijt v. Non.  
Maij, anno M. D. LXXII. ætat. verò XL. facultati-  
bus suis pauperibus, dum viueret distributis, par-  
tim testamento relictis.

IBIDEM.

IOAN. VERGARA Doct. Theolog. Canonicus  
Tolet. vir prudentia incomparab. Græca & Latina  
literatura nulli secundus: quo quidem solo, si ex-  
teras nationes doctissimorum hominum altrices,  
Hispania in certamen vocet, ingeniorum palmam  
feret. H. S. E. Vixit ann. LXIII. M. v. Dies scit ne-  
mo. Obijt xx. Feb. M. D. LVIII.

Ne propera, viator, expecta parumper, & hæc  
ossa aliquando spera tecum victura. Dixi,  
abi.

ALIVD.

IOAN. VERGARAE, DOCT. THEOLOGIAE,  
HVIUSCE TEMPLI CANON.

Viro in omni disciplinarum genere eximio: quo  
viuente, Natura declarauit, se adhuc minimè ef-  
fectam esse ad præstantissimos viros producendos.  
Canonici Toletani sodali B. M. Pos.

ANTE

ANTE PORTAM IN NITIDO  
MARMORE.

*Erexit factore Deo Rex inclytus urbem  
BEMBA, sua celebrem protendens gentis honorem.*

IBIDEM.

*Vos Domini sancti, quorum hic presentia fulget,  
Hanc urbem, & plebem solito seruate favore.*

C O R D U B A E.

AD S. HIERONYMI.

DEO OPT. MAX. SACR.

**A**NTONIUS MORALES Corduben. honesto & vndeque probatis. genere ortus, Medicinae Doctor praestantis. quem plangunt pauperes, inclamant diuites, & tota penè Bztica ademptum luget H. S. E. Obijt anno salutis M. D. XXXV. Aetatis suae LXVI.

*Hoc tibi, care pater, natus cum carmine Saxum*

*Dat, caeca obscurus ne tegereris humo.*

*Nil maius potuit pietas, perculsa dolore,*

*Quod dedit hac meritis inferiora tuis.*

AMBROSIVS MORALES Parenti opt. P.

C O M P L V T I.

FRANCISCI XIMENI S. R. E. CARD.

Per Ioannem Vergaram Can. Toletanum.

**C**ondideram Musis FRANCISCVS grat.  
de Lycaum.

Condit